



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De injuria inflictâ Parentibus, Filiis, uxori. §. 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

dit licita: tunc fregit ieiunium
peccavitque cum onere illud
peccatum confitendi: non verò
tertia vice, vel quarta simili,
quia hæc ieiunium iam fractum,
& quasi demortuum invenit.

C A P V T V.

Circa Quartum Decalogi
præceptum.

§. 1.

*De Injuria inflicta parentibus,
filiis, uxora.*

Regula hujusmodi esse
poterit. Omnis iniuria
gravis facta Parentibus (quo
nomine venit etiam Avus, &
Proavus) quæ adversatur amo-
ri, & pietati illis debitæ, est dis-
versæ speciei ab injuriis, cui-
usque alteri proximo allatis;
I 2 quare

quare erit apud Sacerdotem afferenda *a*

a Vide

Azor to. 2

l. 2. c. 2. q. 2

Bonac.

de pœn. d. 5

q. 5. sect. 2

p. 2. §. 3

dis. 3. n. 15.

2 Hinc percussio, occisio, contumeliæ, detractio gravis, gravis infamatio factæ Parentibus, sunt in Confessione specialiter explicandæ. Contra verò, furtum factum eisdem, non semper est explicandum, nisi quando tantum filius furaretur, ut Pater depauperaretur. Ratio est, quia quodlibet furtum est quidem contra iusticiam, sed non contra pietatem, nisi casu dicto, vel simili.

3 Quod dictum est de Occisione, Percussione, &c. dic in peccatis odii, quo scilicet eiusmodi, vel similia mala parenti contra pietatem optas, *b* quia adhuc tale desiderium debito amori erga parentes opponitur.

b Molin. 1

to. de ju-

stit. d. 7.

circ. fin.

c De Lug.

de pœn. d.

16. sect. 6.

n. 303.

4 Eadem regula servanda in filiis erga parentes, servari etiam debet in Parentibus, Avisque erga Filios, Nepotesque, ac-

que

que in Coniuge erga alium Coniugem; nam & ii debent sibi invicem peculiarem, specieque morali diversum amorem. Illud tamen observandum, facilius filium peccare contra Patrem, quàm hunc contra filium. Si quidem percussio v. g. vel contumelia, quæ facta à Patre in Filium, propter auctoritatem paternam est levis, gravis erit illata à filio contra patrem.

5 His dictis confurgit difficultas. An hæc omnia peccata contra pietatem eiusdem sint speciei, atque adeo an satis sit dicere. Ego graviter percussi eum, cui reverentiam ex pietate debebam: an potius dicendum, Percussi patrem, vel filium, vel uxorem: nam videtur prius satis esse: omnia enim sunt contra debitam sanguinis coniunctionem.

6 Nihilominus ego puto, ea moraliter, in specie ultima differre:

ferre : apprehendo enim multum interesse inter percussio-
nem, qua pater, quamvis iniu-
stè, sed tamen pollens auctorita-
te paterna, filium percutit: tunc
enim solum delinquit contra
sanguinis coniunctionem, quam,
qua filius Patrem: nam tunc fi-
lius non solum peccat contra
prædictam coniunctionem: sed
etiam maximè contra reveren-
tiam patri debitam. Patris er-
go, aviq; proavique iniuriæ con-
tra filiū, nepotemve constituunt
unam speciem: at iniuria horum
contra illos, aliam. Rursus in-
iuria prædictorum est diversa,
specie ab iniuria uxoris contra
virum: quia in diversa, ut ex se
constat, radice fundatur debitus
inter hos amor. At iniuriam
inflictam viro ab uxore, vel uxori
à viro: non puto specie differre,
esto iniuria uxoris contra vi-
rum, utpote contra maiorem, sit
aliquanto gravior, quam iniuria
viri

viri contra uxorem. Ratio est, quia non adest illa differentia modo tradita numero præcedente, nec alia, specificationem inducens. Ex quibus collige v. g. uxoricidium, & viricidium non differre specie; quare nec necessario in Confessione declaranda; sicuti contra, parricidium, filicidium, & uxoricidium differre specie, atque adeo specialiter explicanda.

§. 2.

De Injuria illata fratri, sorori, & aliis.

a In l. unica c. de his, qui

INjuriam illatam fratri, vel sorori, judicio specie moralis differre ab injuria facta parentibus, vel filiis. Ratio est, quia satis diversa deformitas apparet in illa, quam in hac. Unde Leges, & quæ parricidii poena mulctant filium, qui occidit

parentes, vel liberos occiderunt, & in §.

Alia de iure de lex, inst. de public. iudiciis.